# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Mulier r
### cum uariis

Illa sit pulcra, illa sit amabilis, illa habenda inter socias que nescit se pulcram esse, que negligit forme bonum et procedens ad publicum non pectus et colla denudat nec pallio denudato ceruices aperit, sed que celat faciem et uix uno oculo qui uie necessarius est patente ingreditur.

Ieronymus in quadam epistola.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

necessarius] nuntius P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; quadam *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$